Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2575

Quelle:
Copyright:

ſacro concilio ſpiritus ſancti gratia cooperante vnione &c. et memorantur in *Diario* Concilii apud *Herm. v. d. Hardt*, non tamen referuntur. Datae ſunt: *Conſtan. Anno Domini M°. CCCC°. XVII. X. Indictione. die uero IX. menſſ. Iulij.* &c. firmataeque nominibus Principum, Officialium Aulae et Magiſtratus Civitatis, ut videre eſt in *Cochlaei Hiſt. Huſſit.* L. IV. p. 170. II. *Copia Literarum transmiſſarum per papam Jo. et Regem Romanorum per mundum pro Concilio celebrando.* Solius *Sigismundi* ſunt, hoc initio: *Qualiter Reuerendiſſimi in chriſto patres et domini* &c. et extant apud *Bzovium* ad an. 1413. et *Herm. v. d. Hardt. T. VI. p. 5.* III. Ejusdem *Sigismundi* Literae ad *Gregorium* XII. et *Petrum de Luna*, quibus ad Concilium invitat. Incipiunt: *Maximo deſiderio jam dudum tenebamur* &c. et habentur apud *Bzov.* ad an. 1413. et *Herm. v. d. Hardt T. cit.* p. 6. IV. *Johannis* XXIII. Literae indicentes Concilium. Incipiunt: *Ad pacem et exaltacionem eccleſie, tranquillitatem chriſtiani populi* &c. Referuntur a *Bzovio* ad an. *cit.* et *Herm. v. d. Hardt T. cit.* p. 9.

XXIX. *fol.* 219. p. 2. Epiſtola *Ladislai* Regis *Neapolit.* ad *Johannem* XXIII. Incipit: *Sanctiſſimo — Deuotus veſter filius ladislaus dei gratia Vngariae. Iheruſalem. Cecilie.* (Siciliae) *dalmatie Croatie Rome* (Ramae) *Seruie Galicie Iadomerie Comanie bulgarieque rex, prouincie forcalquerij et pedemontis Comes* &c. *Cum in cunctis actionibus mundanorum actuum* &c. Excuſat hactenus geſta, nunc demum ſe convictum eſſe de legitimo *Johannis* Pontificatu, eique ſe praeſtare obedientiam in manibus *Reynaldi* (Brancatii) *ſancti viti in macello Diaconi Card.* Datae et ſubſcriptae manu propria: *In caſtro noſtro nouo neapoli Anno domini M° CCCC° XII. die XVI. menſſ. Octobr. Indict. VI. Regnorum Anno XXVI°.* Emtam hanc Submiſſionem a *Johanne* ſunt, qui adſerant, nec diutinam fuiſſe, eventus docuit, *cum*, ut ait *Oldoinus* in *Addit. ad Ciaconium* T. II. *col.* 791. *nihil Ladislaus ex fide ageret, qui nullam habebat.* Ceterum *Epiſtolam* noſtram nullibi impreſſam reperi.

XXX. *fol.* 223. *Johannis de Ruckenberg*, ut e calce tranſcribo, *Praemonſtratenſis Principium in lecturam Iuris canonici.* Laudes Diſciplinae, quam profiteri aggreditur, texit, hoc initio: *Thezaurus deſiderabilis et oleum in habitaculo iuſti. Prov.* XXXI. *Reuerendi p. mei — Dum venerabilium patrum doctorum ac ſanorum* (ſeniorum?) *noſtrorum precellentia facta ſedula mente recolimus* &c. De Autore filent fontes mei.

XXXI. *fol.* 228. *Sermo domini Epiſcopi ſarisberienſis anglici in Concilio Conſtan.* In illud: *Erunt ſigna in ſole et luna. Luc.* XXI. Incipit. *In principio huius verbi pro felici ſtatu* &c. et eſt *Roberti Alani*, ut notatum ad *Cod.* DCCCC. LXIX.

XXXII. *fol.* 236. p. 2. *Sequitur ſermo Magiſtri Mauricij de praga*